S. R. Mtis Anni 1617 consentaneus sit; Quod nos studiis nostris ergu Illres Dnaies Vras demereri non intermittemus.

Illrium Rdmar. Magcarum Dnaoum Vrarum

Servitores perpetui

Consiliarii & Nuncii Terrestres querulantes.

Den 28 Maij Haben Ihre Churfürstl. Dhlt. ratione Articulorum eine Protestation wie folget in teutsch und Latein kommen lassen. Der streiter ist selbiges tages nichts fürgelassen.

PROTESTATIO Sermi Princips Electoris contra novorum Articulorum fidei promulgationem

Nos Georgius Guilielmus Dei gratia Marchio Brandeburgicus S. R. Imperii Archicamerarius et Elector in Prussia Juliae Cliviae Montium p. Dux p. Intelleximus nonnullos ex subditis nostris hesterna die apud Illres, Rdmos, Magcos et Gnrosos Dnos Legatos Regios hic Regiomonti praesentes, promulgationem quorundam Articulorum fidei, quibus ministri et officiales nostri in hoc Ducatu jurejurando obstringuntur, petiisse. Quod cum non tantum novitatem insignem in Ducatum hunc introducendam sapiat, sed et juribus ac Privilegiis Provinciae hujus è diametro adversetur, nos sane non silentio id praeterire, sed tanquam Dominum Ducatus hujus ac principem opponere nos rei hujusmodi omnino oportuit. Novitatem sane insignem esse

nullus dubitabit, qui jura et consuetudines Ducatus hujꝰ
novit, in quibꝰ articuli isti nullatenus habentur. Cum et
illos Augustanæ Confessioni ejusqꝫ Apologiæ, simul et Fidei
Romanæ Catholicæ, Privilegijs Ducatus hujꝰ receptis non modò
non consentaneos, ijs non comprehensos, sed in multis directò
adversantes esse existimamus. In quos qui juraverit, eum
contra jura patriæ jurare, et si officialis sit, qui ante
in Privilegia et Jura Ducatus juravit eo ipso pejerare
necesse est. Quid quod jurejurando à prohibita secta
se purgare non tantum à moribus omnium gentium sed et
à juribꝰ, Decretis, Recessibꝰ Provinciæ hujus alienissi-
mum est, in quibus hoc tantum requiritur, ut de fide
suspecti declaratione simplici vel Romanam vel Augusta-
nam Confessionem profiteantur ac contrarijs sectis con-
tradicant, sicut in actis Commissorialibꝰ anni 1609
§. ad querimoniam, itemqꝫ in Recessu anni 1612 §. Et id
sectas, continetur. Jam verò in Juribꝰ Ducatꝰ
hujus inprimis in Decretis Anni 1609 hoc habemꝰ, quod in
causis Statum Prussiæ concernentibꝰ, quæ vel novi aliquid
secum ferre, vel à veteri more seu instituto, juribꝰqꝫ
et consuetudinibꝰ discrepare viderentur, nihil omninò absqꝫ
omnium Ordinum et Magistratꝰ, cujus interest, consensu
et voluntate statuendum introducendumqꝫ esset, Quod in
responso Riæ Mtis anno 1617. repetitum fuit. Ut satis
mirari non possimus temerarium paucorum illorum
hominum consilium, quo rem istam tantoperè juribꝰ
patriæ suæ et nostris adversantem affectare au-
deant. Quod si mandatum vel rescriptum Riæ
Mtis aliquod prætendunt, id quidem debita obser-
vantia habendum esse ducimꝰ sed ob præfatas
rationes pro obreptitio tamen habere cogimur, de
quo informandi Ram Mtem beneficium nobis integrum

esse judicamus ac interim à DD. Legatis summopere petimus
ut ab editione ejusmodi Rescripti supersedeant, quoad Ria
Mtas ea de causa à nobis et ab Ordinibus hujus Ducatus
quorum maxime interest sufficienter informari possit: ne nobis
invitis etiam contra ejusmodi actum tam praejudiciosum so-
lenni forma protestari necessitas imponatur.

D. 29 Maij Umb 9 Uhr sindt die Herren Königl: Commissarij zu Schloß
gefahren, vnten im Platz haben die Herren LandtRäthe
die Nobilitet vndt die drey Städte Ihre [illegible]
Nachmals hie hinauff begleitet, Ihr Churfürstl. Gn.
sindt Ihnen biß an die Stiege entgegen gegangen, vnd
sie nachmals in dem Gemach geführet, alda sie sich
nebenst Ihr Churfürstl. Gn. auff Stüle gesezt,
vndt Herr Castellan tanquam caput legationis Ihr
Churfürstl. Gn. die Administration des Landes mit
folgender Oration vbergeben.

Oratio habita ab Illri et Magco Dno Luca
Sierakowski à Boguslawice Castellano Landensi
S. R. Mtis in Polonia et Suecia p. t. in Prussiam
Legato et Commissario, cum Sermo Electori Georgio
Guilielmo Marchioni Brandenburgensi Admi-
nistratio Ducatus Prussiae à DD. Com-
missarijs Regijs realiter traderetur,
in Profesto Pentecostes.

Posteaquam Deo ita volente desideratissimae me-
moriae Illrmus Celsdnis Vrae parens fatis concessit,
ea fuit Riae Mtis Dni Nostri Clementmi paternae
voluntatis erga C. V. propensio ut quamprimum guber-
nacula hujus Ducatus et feudum Vrae Celsdni ex
Pactis debitum secundum pacta traderet. Quod in
mora hucusque fuerit nosque in eum finem ut administra-
tionem hujus Provinciae Vrae Celsdni interim trad-
eremus, à R. Mte delegatos hucusque retardaverit Cels-